

Loca Sacrae Scripturae

Ex 2. Petri.

CAPUT I.

Num. 19. **D**onec dies eluceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris, c. 2. q. 67. n. 543.
21. Non voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirante, locuti sunt sancti dei homines, cap. 1. q. 80. num. 684.

Ex Epistola 1. Joannis.

CAPUT II.

Num. 10. **Q**ui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est, c. 2. q. 14. n. 113.
18. Filioli novissima hora est sicut audistis c. 8. q. 4. n. 42.

CAPUT III.

Num. 16. **I**n hoc cognovimus charitatem dei, quoniam ipse pro nobis animam posuit, c. 1. q. 21. n. 152.

CAPUT IV.

Num. 19. **N**os ergo diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos c. 1. q. 21. n. 152.

Ex Epistola Juda Apostoli.

Num. 13. **F**luctus feri maris despumantes suas confusiones, sydera errantia, c. 1. q. 61. n. 526. & c. 2. q. 63. n. 498.
14. Prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch dicens: ecce venit dominus in Sanctis millibus suis, c. 11. q. 10. n. 78.

Ex Apocalypsi.

CAPUT I.

Num. 8. **E**go sum Alpha, & Omega: principium & finis, c. 4. q. 1. n. 4.
18. Habeo claves mortis, & inferni, cap. 9. q. 2. num. 14.

CAPUT II.

Num. 16. **S**i quominus veniam tibi cedo, & pugnabo cum illis in gladio oris mei, c. 1. q. 68. n. 581.
18. Sicut ego accepi a Patre raso, & dabo illi stellam matutinam, c. 1. q. 63. n. 541.

CAPUT III.

Num. 20. **E**cce ego sto ad ostium & pulso, c. 2. q. 4. n. 25.

CAPUT IV.

Num. 4. **I**n circuitu sedis, & in medio sedis sedilia viginti quatuor & super

thronos viginti quatuor seniores sedentes c. 6. q. 22. n. 104. & c. 7. q. 20. n. 177.

8. Et non habebant requiem die, ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, c. 8. q. 2. n. 20.

CAPUT V.

Num. 5. **V**icit Leo de tribu Juda radix dandi vid aperire librum & solvere septem signacula ejus, c. 1. q. 34. n. 257.
6. Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem tanquam occisum, c. 4. q. 35. n. 314.
9. Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, cap. 7. q. 26. num. 223.

CAPUT VII.

Num. 14. **D**ealnaverunt stolas suas in sanguine Agni, c. 1. q. 21. n. 156.
15. Sunt ante thronum Dei, & ferviant ei die, ac nocte in templo ejus, c. 6. q. 20. n. 193

CAPUT X.

Num. 5. **E**t vidi alium Angelum fortem descendentem de Caelo amictum nube, & iris in capite ejus, cap. 4. quaest. 29. num. 250.

CAPUT XII.

Num. 1. **I**n capite ejus corona stellarum duodecim, in utero habens, cap. 1. q. 62. n. 534.

CAPUT XIX.

Num. 13. **V**estitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen ejus verbum Dei, c. 1. q. 51. n. 409.
15. De ore ejus procedit gladius acutus ex utraque parte, ut in ipso percuciat gentes, & teget eas in virga ferrea, c. 1. q. 68. n. 581.

CAPUT XX.

Num. 11. **V**idi thronum magnum candidum & sedentem super eum, à cujus conspectu fugit Caelum, cap. 6. q. 32. num. 285.

CAPUT XXI.

Num. 2. **V**idi sanctam Civitatem Jerusalem novam descendentem de Caelo, c. 1. q. 55. n. 449.
22. Templum non vidi in ea, c. 6. q. 21. n. 194.

CAPUT XXII.

Num. 1. **O**stendit mihi flaviam aquae vitae, procedentem à sede Dei & agni, c. 4. q. 30. n. 265.
9. Ne signaveris verba Prophetiae libri hujus, c. 1. q. 1. n. 4.

SUMMA



SUMMA

Concionum, ad res quae extraordinarie passim occurrunt.

AD MAIOREM DEI GLORIAM, ET GRATIAM Concionatorum, hunc indicem subjicimus; in eoque id adverto, quod ea, quae in una concione dicuntur ad alias similes, tam quae hic habentur, quam ad eas quae ex aliqua circumstantia occurrunt, facile accommodari possunt.

COMPENDIUM

CONCIONUM.

- CONCIO I. **I**n magna siccitate, ac penuria aquarum.
1. Pro eadem siccitate, ac penuria aquarum.
 2. Pro eadem siccitate, ac sterilitate aquarum.
 3. Pro multa pluvia, ac inundatione aquarum.
 4. Pro magna tempestate, ac inundatione aquarum.
 5. In plaga locustarum omnia devastantium.
 6. Pro magno incendio.
 7. Pro magna calamitate, ac labore.
 8. Pro deprecatione, ac obsecratione alicujus rei maxime necessariae.
 9. Pro peste.
 10. Pro bello, seu advenientibus hostibus.
 11. Pro exercitu exeunte in bellum.
 12. Pro civitate, vel arce obsessa ab inimicis.
 13. Pro civitate, vel arce capta ab inimicis.
 14. Pro civitate, vel arce restituta è manibus inimicorum.
 15. Pro insigni aliqua victoria.
 16. Pro magno, ac ingenti aliquo beneficio.
 17. Pro salute Regis morbo laborantis.
 18. In professione alicujus monialis.
 19. Pro capitulo, seu electione facienda concio ad fratres.

CONCIO I.

In magna siccitate, ac penuria aquarum.

THEMA.

Posisti terram in malitiis tuis. Quamobrem prohibita sunt stille pluviarum, & serotinus imber non fuit. Frons meretricis facta est tibi, & moluisti erubescere; ergo saltem amodo voca me Pater meus es tu. Jerem. 3. n. 2. & 3.
1. Posuisti terram in malitiis tuis: Ex nostris iniquitatibus coinquinatur terra, ut fiat expers omnis benedictionis, ac boni, indeque omni benedictioni, ac maledictioni subjecta

est, ait Deus Adamo. *Maledicta terra, in opere tuo.* Genes. 3. n. 17. *Cuncta, quae Deus fecerat erant valde bona, ut dicitur Gen. 1. n. 31.* Unde ergo terra, quae non peccaverat, maledictione premitur, ut nempe homine peccatore inhabitante, maledictionem contraxit, Rupertus ait. *Maledicta terra in opere tuo, quod est peccatum, in ipsa terra commissum; ex conjunctione terrae cum homine ipsa foedatur.* Vide c. 9. q. 3. n. 27.
2. *Frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere.* Ecce summa iniquitas, ac deplorati hominis indicium, non solum peccare, sed etiam de eis nullam habere verecundiam, imò potius de illo se jactanter gloriari. Unde David sapientissimè psal. 6. n. 11. praer charitare clamabat. *Erubescant, & conturbentur vehementer.* Quae oratio est optativa, ut rectè explicat noster Incognitus, qui ait. *Erubescant de suis actibus malis, qui mali sunt, & conturbentur per poenitentiam.* Erubescencia, quaedam via est ad poenitentiam, & quoadiu erubescencia caruerint homines, poenitentiae conturbationem non habebunt.
3. *Frons meretricis facta est tibi.* Arguuntur hic publica peccata, ut communiter Interpretes notant, haec enim totam terram, ac republicam contaminare solent, ideo publica clade, ac devastatione agrorum, nempe à Deo puniuntur. Nam ut bene notat Sanchez hic in publico peccato, ac omnibus peccati censetur. Deum alii ferunt, alii dissimulant, alii annunt, alii defendunt, alii etiam imitantur quod jam confirmo.
4. *Frons meretricis facta est tibi.* Publicum peccatum vehementer sollicitat iram Dei contra se. Peccant contra Deum David & Absalon David misericordiam largiter invenit; Absalon verò miseram mortem cum aeterna damnatione, & quanam hujus rei causa? Absalon Amnonem fratrem publicè interfecit, & ut inspectores tragodiae fratres vocavit 2. Reg. 13. n. 28. Insuper concubinas patris in solarium coram universo Israël violavit. 2. Reg. 16. n. 22. At David quamvis uxorem Uriae foedaverit, ac per literas missas ad Joab illius vitae sit insidiatus, ad hoc tamen raptus fuit, peccati verecundia, latebras quaerens

Summa Concionum.

quærens, lucem fugiens, & in abscondito faciens, ut dicitur. 2. Reg. 12. n. 13. Sic ergo Abfalon ex publicatione delicti in publicam poenam incidit: David verò ex occultatione criminis, ad lucem gratiæ venit, & misericordiam invenit. D. Ambrosius in Apoc. cap. 6. agens de peccato David. Sic ait *Culpam facior, sed tolerabilior est, que premittitur verecundia, quam que insolentia predicatur.*

5. *Quamobrem prohibita sunt stille pluviarum, & serotinus imber non fuit.* Tuis ergo sceleribus tibi Cælum clausisti, ne plueret, indeque tibi famem, ac sterilitatem accersisti. *Serotinus imber non fuit, id est suo tempore conuenienti, ac proportionato.*

6. *Prohibita sunt stille pluviarum ob peccata nostra.* Sic dicitur Levit. 26. n. 3. *Si in preceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus suis. Et Deuter. 11. n. 16. Cavete ne forte decipiat cor vestrum, & recedatis à Domino. Iratus itaque Dominus claudat Cælum, & pluvia non descendat, ne terra det germen suum, pereatisque velociter.* Et Aggeus 1. n. 9. ait. *Quia domus mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam, propter hoc super vos prohibiti sunt Cæli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum: & vocavi siccitatem super terram, &c.*

7. *Serotinus imber non fuit.* Hæc ergo penuria aquarum, hæc siccitas terræ signum est iræ Dei, dat Dominus nobis hæc signa ut rugiamus ab ejus ira. Vide c. 1. q. 56. n. 454. & qui hac ira Dei non emendatur in majorem & rigidiorē deveniat. Vide c. 1. q. 32. n. 252.

8. *Voca me, pater meus es tu, & dux virginitatis mee.* Lyran. Subditur, ait, *divina clementia poenitentiam semper recipere parata cum dicitur, Voca me pater meus es tu, per creationem. Dux virginitatis per redemptionem, per quam nos sibi desponsavit.*

9. *Fugiamus ab ira Dei ad ejus clementiam, ac pietatem, quia misericors est pater, ac benignus salvator, & vult misereri, siccitatem solvere, pluvias diffundere, vult tamen, ut puro corde, ac munda conscientia ab operamus.* Sic ait Zacharias 10. n. 1. *Reverte à Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit eis.*

10. *Cum magna fame premeretur Israël, per tres annos, & dimidium clausum est Cælum; vult Deus populo subvenire, Helix preces expectat 3. Reg. 17. Indeque maximè eas sollicitat, ut prosequitur D. Chrysost. serm. de Helia tom. 1. simul cum populo affligitur propheta, per corvos sua natura immites alitur; Tortens Carith siccat, dum apud viduam Sareptanam hospitat, filius moritur, & dum pro filio mulieris orat, etiam pro populo deprecatur, ut inde aquæ rore terra impinguatur. Unde ait Jacobus Apostolus in sua Canon. c. 5. n. 17. Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit, & Cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Unde sic ait de eo D. Aldhelmus Epistol. de Virg. c. 10. Elias Vates virginitatis, gratia decoratus, & spiritu afflatus Prophetico, cælestia claustra, & nimborum obstacula precibus patefecit. Expende illud vir-*

ginitatis gratia decoratus; puritas maximè inservit ad efficaciam orationis.

11. *Sub peregrini specie iter faciebat Dominus, cum duobus discipulis suis cum jam appropinquarent Castellum finxit se longius ire.* Luc. 24. n. 28. Si ipse volebat cum eis in Castellum intrare, ad quid talem speciem exhibet longius eundi; disponebat Dominus cum eis recumbere in mensa, ut panem eis benediceret, frangeret, ac daret, hoc volebat, sed intervenientibus eorum postulationibus *Mans nobiscum Domine.* Ipse vult dare panem, tamen vult ut nostra oratione, illum impetremus. D. Bern. serm. 78. *Finxit se longius ire ait, Ne tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem, & allicere precem.*

CONCIO II.

Pro eadem siccitate, ac penuria aquarum

THEMA.

Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis; sed & bestia agri quasi arca sitiens imbrem suspexerunt ad te, quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, ex Joël 1. n. 19.

1. Videns propheta Joël omnia speciosa campi consumpta ab æstu ac calore solis, omnesque greges pecorum, ac bestias agri, tabescentes, & quod præ siccitate fontes aquarum defecerant, in tanta rerum angustia, ac penuria constitutus propheta.

2. *Ait ad te Domine clamabo, auxilium à te quærens.* Ait Regius Vates Psal. 119. n. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.* Nulla fuit mora, nullumque exitus medium, inter clamorem, & exauditionem Dei; Huc advoco id, quod ait D. Gregor. Nazianz. Orat. 17. *Vide quemadmodum salus cum clamore conjuncta sit: Alitunc se loquente dicit, ecce adsum.*

3. *Quasi arca sitiens imbrem.* Cuncta sunt arida, & sicca ab imbre, ac irrigatione cælesti, quia cuncta sunt arida, & sicca sine charitate, sine virtute benefaciendi pauperibus, & egenis.

4. *Dixit Deus congregentur aquæ, quæ sub Cælo sunt in locum unum, & appareat arida; & factum est ita, & vocavit Deus aridam terram.* Gen. 1. num. 9. quæ sic ponderat D. Athanasius Synaita lib. 3. Hexamer. *Vide divina mysteria, ait, terram in profundo ab aquis suffocatum nominat aridam.* Gen. 1. num. 9. *cum autem aquæ ab ea recesserunt non amplius nominat eam aridam, sed terram.* Et quoddam mysterium est in hoc, quia terra dum nihil operatur, dum nulli hominum indigentia succurrit, ariditatis vitium incurrit, & ubi iussa est germinare, famelicisque suo fructu saturare, & nudos vestire, jam amplius non arida dicitur sed terra.

5. *Ad hujus rei gustum dicitur. Ecclasiast. 11. num. 1. Mitte panem tuum super transeuntis aquas.* Ubi Chald. Complutens. *Porrige escam tuam pauperibus, & quando hortatur ut demus panem pauperibus, cur dicitur panis super aquas mittendus? Quid aquæ cum pane dando? Ait Catena Græca. Cum sympathia*

Summa Concionum.

thia & lachrymis fac elemosynam transeuntis. peccatur, ne panis dandus procedat de corde arido, nec de visceribus aridis, sed de humectatis teneritudine quadam compassionis, ad quod respicit illud verbum. Cum sympathia. Et quidem sympathia, illa affectuum proportio, qua in te sentis, quidquid calamitatis vides in fratre.

6. *Quasi arca sitiens imbrem.* Si terra est arida, & sicca, quia cor nostrum est aridum, & siccum, & obduratum, ut non valeat in se recipere Dei mandata, & sanctitatis vestigia. Vnde monebat D. Irenæus lib. 4. c. 76. *Præsta Deo cor tuum molle, & tractabile, & custodi figuram, quæ te figuravit artifex habens in te metipso humorem, ne induratus amittas vestigia digitorum ejus.* Vestigia in arido, & duro non imprimuntur, ideo qui amat Dei vestigia in se retinere, humorem habeat, quo viscera ejus tearescant & molliantur ad proximorum necessitates, & ut simul in se retineant vestigia, ac imitationem Christi.

7. *Sed & bestia agri?* Non solum bestia agri, sed etiam equi & canes domus tuæ laborent siti & fame in demonstratione nostræ poenitentia & mortificationis. Audita Prædicatione Jonæ ex Regis ore clamavit præco. *Homines jumenta & boves & pecora, non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant,* Jon. 2. n. 7. *At quid hujusmodi brutorum jejunium.* Eusebius Gallican. homil. de poenit. *Eccæ, ait, ad anem Dominigenius etiam brutorum an malum pervenerunt, qui quidem divi fidei hominum militat, Cælo cum supplicatione hominum militarunt.* In brutis non inveniuntur libertatis rationes, & inde non possunt esse in eis meritum fructus, ad quod ergo jejunium? fuerunt hujusmodi jejunia tanquam quedam poenitentia redundationes, ac mortificationis hominum veluti ostentationes, & dum sic fidei militat, militant & Cælum cum supplicatione ad veniam.

Suspexerunt ad te. In tanta rerum siccitate, ac cunctorum penuria bruta animalia nobis dant documentum, non suspiciunt nec ad dominos, suos nec ad homines, sed tantum ad Deum; *Suspexerunt ad te.* Ut inde discamus, quod auxilium tantum à Deo quæramus, in quo solo nostra spes constituenda est, & non in homine. Vide c. 5. q. 22. n. 173; & c. 9. q. 25. n. 241. 242. 243. & 244.

CONCIO III.

Pro eadem siccitate, ac sterilitate aquarum.

THEMA.

Te Cælum, quod supra te est aneum: & terra, quam calcas ferrea. deut. 28. n. 23.

Ferè si nihil habentur Levit. 26. n. 19. ubi ait deus. Dabit vobis Cælum de super sicut ferrum, & terram aneam. Nam ut notat Abulens. hic in duobus consistit rerum comestibilium fertilitas in superiori, scilicet ætæ dispositione, ac in terræ congrua susceptione. Ait ergo deus. *Sit cælum quod supra te est aneum.* Seu ut alii legunt, *quod supra caput tuum est aneum.* Scilicet, maximè clausum, tam ad pluvias quam ad influentias suas emittendas, & terra ferrea. Ut nihil in se suscipiat, nec tibi reddat

fructus ut ait D. Ambrosius lib. 2. Hexam. cap. 4. *Sit terra ferrea, suis munda fructibus, secunda ad poenam, sterilis ad alimoniam.*

2. *Sit Cælum quod supra te est aneum.* Homo ob suam obdurationem aneus & ferreus est erga Deum, respiciens ejus inspirationes, & mandata non audiens, ut ait Deus per Isa. am 48. n. 4. *Scivi quia durus es tu, & nervus ferrens, cervix tua, & frons tua anea.* Inde Deus dat ei in poenam Cælum aneum, & terram ferream.

5. *Ait Deus Jerem. 15. n. 12. Numquid federabitur ferrum ferro, ab Aquilone & as.* Fæderabitur nempe ferreum terræ, cum ferreo cordis hominis; quia cor hominum factum est ferreum, ne in se suscipiat divinas inspirationes, ac fructum faciat in via salutis, inde facta est tibi terra ferrea, ut non suscipiat cælestes influentias ac pluvias, ut tibi fructum reddat. *Ab Aquilone & as.* Aquilonem nominat, quia siccitatem, tanquam quid aneum importat, quia ergo cor tuum aneum factum est, ne imittat lachrymas ac gemitus in Cælum inde & Cælum aneum est, ne tibi imbris concedat. *Numquid federabitur ferrum ferro.*

4. *Ait Regius Vates Psal. 141. num. 6. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Quia anima mea facta est tibi arida, velut terra sine aqua lachrymarum, ut faceret fructum poenitentia, ideo Deus dat tibi terram aridam sine aqua, ne elementorum fructum tibi proferat.

5. *Antiquam legem scripsit Deus in tabulis lapideis Exod. 32. n. 1. ut ita ex collato munere ostenderetur, quales erant ejus acceptatores; cum illi cor lapideum haberent circa legis observantiam, dedit & eis deus legem in lapidibus.*

6. *Nec tibi faciat difficultatem quod in citato deuteron. loco aneum tribuitur Cælo: ferreum terræ, è contra verò in Levitico ferreum Cælo, aneum terræ, quia ut berè ait Radolphus, per utrumque, nihil aliud significatur, nisi tantum durities ad fructus producendos, quod pronuntiavit deus per Aggeum Prophetam adductum in prima concione.*

7. *Parvuli perierunt panem & non erat, qui frangeret eis.* Thren. 4. n. 4. *Domine parvuli, ac pueri à matribus suis petunt panem, & tamen illæ non habent ad porrigendum. Tu qui es omnium Pater, da nobis panem nostrum quotidianum, ad quem habendum aquam à te petimus.*

CONCIO IV.

Pro multa pluvia, ac abundantia aquarum.

THEMA.

Invocavi nomen Domini de lacu novissimo, vocem meam exaudivit. Thren. 3. n. 54.

1. *Videns te Jeremias Propheta oppressam à multitudine aquarum, quæ operiebant caput ejus scilicet civitatem, ac rempublicam suam, dixit; perii quasi se consumptum existimavi,*